



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

XVI. De fortilegis, blasphemis, & sacrilegis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

DE SORTILEGIS, BLASPHEMIS ET SACRILEGIS.

TITULUS XVI.

§. 1. Sortilegi qui;

Sortilegi dicuntur, qui id, quod occultum est, eventu alicujus rei expiscantur: veluti sunt, exempli gratiā, qui ad deprehendendum furem, vel ad præcognoscendum id, quod furtum suspicantur, codicem, tabulam, astrolabium vel aliud quid moveant aut inspiciunt, *cap. 1, §. 2, ext. De sortilog. can. unico xxvi. qu. 1.* Hæc enim, cum non sine dæmonis conspiratione, aut tacite ejus imploratione exerceri soleant, rectè improbantur à sacris Canonibus juxta illud D. Pauli: Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum, *1, ad Corinth. 10.*

§. 2, Sors nihil in se mali continet; & quando licitè exercetur.

Alioqui sors nihil mali in se continet, *can. 1, xxvi. qu. 2.* adeoque eā uti licebit, si necessitas cogat, ut de *Matthia in Actis Apostolic. 1,* de *Jonatha 1, Reg. 14, c. 8* aut cum dubium factum inter partes sortitione dirimi placet, *l. Si qua 5, D. Fam. ercisc. l. Sæcum ambo 14, D. De jud. l. 3, Cod. Com. de leg.*

§. 3, De pœna sorte abutentium.

Illis igitur, qui sorte abutuntur, communio-
ne Ecclesiæ interdicatur, sicut & ariolis, aruspici-
bus, aliisque incantatoribus, *can. 1, & pas-
sim xxvi. quæst. 5.* Sed & jure civili in eos
animadvertitur, ut videtur est *tit. C. de malef. &
Matthom.*

§. 4, Blasphemi qui, & quando coerceantur.

Blasphemi suat, qui in Deum vel Sanctos con-
vitiū vel maledictum evomunt, *Apor. cap. 13, c. 6,
2, ext. De malef.* Et hi ex præscripto juris Cano-
nici solemnī pœnitentiā & pœnā pecuniariā
coerceantur, *d. cap. 2,* à jure civili ultimo suppli-
cio, si in Deum blasphemia admissa sit, pleantur,
Novel. Vi non luxuriensur hom. Verum ha pœna

quandoque immutantur, ut apud *Did. Covar. ad
cap. Quamvis De pact. in 6, 1, part. §. 7, num. 1, cum
segg.*

§. 5, Sacrilegi qui, & de eorum animadversione.

Sacrilegi sunt, qui rem sacram è loco sacro,
vel non sacram de loco sacro, vel sacram de loco
non sacro, dolo auferunt, *can. Quisquis §. 1, similiter
xvii. qu. 4.* Latius hoc jure, quàm Civili, quo, in
re non sacra, quamvis è loco sacro sacrilegium
non admittitur, sed furtum, *l. divi D. Ad L. Jul.
pecul. Utroque tamen jure, si qua injuria loco di-
vino vel personæ Ecclesiasticæ illata est, sacrile-
gii nomine notatur, d. can. Quisquis cap. Si quis
suadente d. qu. 4, l. Si quis 10, C. Episc. & cler.*

§. 6, De pœna sacrilegorum.

Pœna in sacrilegos nunc asperior, nunc mitior
statuitur, pro ratione personæ, rei, & temporis,
adeoque arbitraria est, juxta *l. Sacrilegi D. Ad L.
Jul. pecul. d. can. Quisquis cum segg. tum alibi*
a *Libat hic Beda locum integrum subiicere, ex quo
textus noster desumptus est: Non exemplo Matthia, vel
quod tenas Propheta sorte deprehensus sit, indifferenter
sortibus est credendum: cum privilegia singulorum (ut
Hieronymus ait) communem legem sacerè omnino non
possint ex infra: Si qui tamen necessitate aliquâ compulsi
deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consu-
lendum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fra-
trum casu & precibus ad Deum suis egisse Adip. & illos
mavido damnari, qui ex observatione diei, mensis, aut
anni fastum vel infaustum quid existimant,
can. fin. xxvi. quæst. 7, can. Non licet
& ibi Glos. cad. quæst. 5.*